Haſce oportet eſſe liberaſ. La quid liberas. Tra atq; heraſ tuas
Quidem hercle atq; ex germana grecia. nam altera hec eſt nata
Atheniſ ſine [illegible] tibus. De quid ego ex te audio. Tra hanc atheniſ
Eſſe natam liberam. De mea populariſ obſecro hec ē. Tra non
Tu cyreneſis eſ. De immo athenis natuſ altuſq; educatuſq; atticis
Tra Obſecro defende ciueſ tuaſ ſenex. De ó filia mea: cum ego hanc
Video mearum abſenſ miſeriarum cōmoneſ trima quę perijt mihi
Iam tanta eſſet ſi uiuit ſcio. La argentum pro iſtiſce ambabus
Quę erant domino dedi: quid mea refert hę athenis natę
In thebiſ ſient dum mihi recte ſeruitutem ſeruiant
De Ita ne impudens tu ne hic falliſ uirginalis liberos
Parentibuſ ſubiectoſ habebiſ atq; indigno queſtu contereſ
Nam huic altere patria quę ſit profecto neſcio niſi ſcio
Probiorem hanc eſſe q̄ te impuratiſſime tuae iſtae ſunt
La Contende ergo uter ſit ergo utri. De ni ferramentaſ
Habebis pluris in tergo tuo q̄ ulla nauiſ longa clauoſ
Tum ego ero mendaciſſimus poſtea aſpicito meum
Quando ego tuum inſpectauero ni erit tam ſincerx ut quivis
Dicat ampullarius optumum eſſe opere faciundo corium
Et ſincerriſſimum. quid cauſę eſt quin uirgiſ te uſque
Ad ſaturitatem ſauciam. Quid illaſ ſpectas quaſ ſi attigeriſ
Oculoſ eripiam tibi. La atqui quia uetaſ utraſq; iā mecū abducam ſimul
Quid facieſ. La uolcanum aducam iſ ueneris eſt aduerſariuſ
Quo illic it. La heus ecquiſ hic eſt heuſ. De ſi attigeriſ hoſtium
Iam hercle tibi meſſiſ in ore fiet mergiſ pugniſ
Nullum habemus ignem. ficiſ uictitamus aridiſ
Ego dabo ignem ſiquidem ī capite tuo conflandi copia ē
La Ibo hercle aliquo queritatum ignem. De quid cū inueneris
La Ignem magnum hic faciam. De quin ut humanum exuriaſ tibi
La Immo haſce ambas hic in ara ut uiuas comburam. De id uolo
Nam hercle te barba continuo arripiam & in ignem coniiciam
Teq; ambuſtilatum obiiciā magniſ auib; pabulum
Cum coniecturam ego met mecum facio hęc illa eſt ſimia
Quę has hyrundines ex nido uult eripere ingratuſ
Quod ego in ſomnis ſomniaui. Tra ſcin quid tecum oro ſenex
Ut illas ſeruas ui defendaſ dum ego herum adduco meum

: Quere herum :

Lizenz: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 222v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/de/fmb/cb-0138/222v)